

*Ad Reuerendum, Clarissimum &
Doctissimum virum,
Dn. G V I L I E L M V M A-
L A R D V M, è Wiltstriensibus
Stormarsum,
Sacrarum Excubiarum Centuriam
producentem.*

Excelsâ positus sancti super arce Sionis
 Nauiter excubias dum speculator agis:
 Commissiq₃ gerens curam gregis usq₃ fidelem,
 Non coniuenti lumine munus obis.
 Ecquid in occursum, centeno milite cinctus,
 Tergemini vindex hostis abire times?
 En! animas sitiens, auidissimus belluo, Damon,
 Criminis Orbis amans, & malesuada Caro.
 Hi coniurati veniunt ad praelia iunctis
 Viribus, humanum perdere clade genus.
 Adde, quod heu! grandes comitantur atrociam pœna
 Facta; nociua Lues, Mars ferus, agra Fames.
 Nunc animis opus est, opus est nunc supplice voto;
 Cesset ut irati fulmen herile Dei.
 Non magis arma piis precibus sunt fortia. Vincit,
 Et vincit Satanam, qui prece pugnat, homo.
 Ergo precum tandem, CHRISTI moderamine
 turmas
 Ductor ab Excubiis perge ciere suis.

Cessa-